



Log. y. in Zehntheil,

Wd. 48. Q



Disputatio XIX.

Ex

LIB. TERT. INSTIT. TIT.
XXVI. & XXVII.

CONTINENS

Contractus { SOCIETATIS,
ET
(MANDATI.

QVAM

D. O. M. A.

PRO INGENII TENVI-
TATE AD D. 31. MART. DE-
fendendam suscipiet

HELIAS STEVDLINVS
VLMENSIS.



TVBINGÆ,
Typis Georgij Gruppenbachij,
M. D. XCVII.

Ecc

Dissertatio XIX

Et

de ...

CONTINENS

ISOGNETATIS
CONJECTURAS
IMANITATIS

D. O. M. M.

PRO ...

STUDII ...



...


...



I.
Disputatio XIX.
DE SOCIETATE
ET
MANDATO.
RATIO ORDINIS.

Explicatis & examinatis iam prioribus duabus speciebus contractuum, qui solo consensu fiunt Restat reliquos quoque, societatem nimirum, & mandatum pertractare.

T H E S I S I.

OCIETAS (a) EST CONTRACTVS, QVO
res (b) nudo consensu, ipsumq; ejus lucrum &
damnum inter aliquos communicatur. (c)

Tria sunt vocabula in hac materia usitata, Communio, Consortium, & Societas. Et Communio proprie ea dicitur, qua sine contractu sit, quamvis interdum late sumpto verbo ad utramq; communicationem, & eam, qua contractu, & eam, qua sine contractu pertineat. Consortium proprie est inter fratres, quorum commune est pro indiviso patrimonium, ut dissortes, quorum est divisum, Cuiac. s. obs. 10. Societatis verbum plerumq; generaliter, id est, de omni consensu societatis, interdum proprie & specialiter de contractu conductionis vectigalium publicorum accipitur, vide Cic. & Liv. frequentissime, l. 59. l. 63. §. 8. l. 65. §. 15. h. Cuiac. 10. observ. 25. Connan. 7. com. 13. n. 46. (b) Sive corpora, sive opera, sive facta existant, l. 1. C. h. l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. l. 31. & l. seq. l. 71. pro socio. Donell. 13. c. 14. & 15. (c) l. 5. §. 1. l. 7. l. 67. l. si non fuerit, cum l. seq. l. 44. l. 37. pro socio. Cuiac. in parat.

I I.

Et quia societas contrahitur aut nominatim omnium sive universonum, vel solorum bonorum; aut indefinite & simpliciter, rei vel unius, aut negotiationis certae; (a) inde etiam duplex existit, societas universalis sive generalis, & particularis sive specialis. (b)

a) d. l. 1. §. 1. d. l. 3. §. 1. l. 52. §. socium, & §. ult. l. 63. l. 73. l. 65. h. t. in pr. (b) In pr. d. l. 5. eod.

I I I.

Generalis sive universalis est societas omnium bonorum & actionum, tam praesentium, quam futurorum, (a) in qua non, utrum unus plus lucretur, quam alius, vel unus plus im-

Ecc 2 . . . pendat,

2 D I S P U T A T I O D E C I M A N O N A ,

pendat,quàm alter,attenditur:sed omnia generaliter sunt partienda, (b) nisi aliter conuenerit.

- a) *d.l.1. §.1. cum l. seq. l.3. in pr. prof. l. ult. C. qua res pignor. l. bonorum. de V. S.*
(b) *d.l.3. l.52. l.66. h. Roland. à Vall. l. conf. 91. in pr.*

I I I I .

Hinc sequi videtur, id quod vnus ex socijs filiaë in dotem vel filio in subsidium studiorum subministravit, societati imputari debere.

Arg. l.1. pr. de fideiussor. & hered. l.52. §. ult. l.54. §.1. Donell. ad Rubr. prof. l. s. socius prof. l. 81. l.73. §.1. ff. h. t. Rol. à Vall. conf. 91. n. 34. 40. & 56. per totum. Menoch. de arbit. iudic. cas. 127. n. 3. Cuiac. 23. obs. 27. Baptist. de Hieron. Macerat. conf. de hac quaest. scripto, quod est in fin. tract. de societ. Nicol. Moz. vide Petr. de Vbald. d. tract. de duob. fratr. p. 6. q. 9.

V .

Particularis est, quando vel simpliciter & indefinitè, vel certæ alicujus rei, vel certæ cujusdam negociationis communitio contrahitur.

d.l.5. l.7. cum l. seq. l.13. h. in pr. h.

V I .

Simpliciter & indefinitè contrahitur societas, quando inter duos nullâ bonorum aut certarum rerum mentione factâ, ea, quæ ex quæstu, hoc est, opera cuiusq; , vt ex emptione locatione, &c. proueniunt; communicantur.

d.l.7. coiri, & ibi Madaus n. 2. & l. seq. l.13. l. communis, cum. 6. ll. seq. h. t.

V I I .

Rei verò certæ tum contrahitur societas, quando quisq; sociorum certam bonorum partem ita in communionem confert, vt lucrum & damnum ad istam tantum collatam partem, non ad alias à se possessas aut adquisitas res pertinere velit.

l. 2. C. prof. l. 3. §. de illo queritur. & l. 52. §. 6. h.

V I I I .

Negotiationis cuiusdam deniq; fit societas, si socij societatem argentariæ, aut professionis alicujus (veluti vt Grammatica vel Rhetorica doceant) aut emendi frumenti, vini, equi, hoc pacto contrahant, vt quod ex quæstu illius negociationis veniat, id solum fiat commune.

l. 5. in pr. l. 63. §. in heredem. l. 52. §. cum duo. l. 72. h. t.

Viraque

IX.

Vtraque hæc societas contrahi potest, non solum cum personis liberis, sed etiam cum seruis, (a) filijsfam. (b) cum foeminis, & quisque maritus cum sua vxore. (c) Minimè verò cum hostibus, hæreticis & saracenis: (d) at an cum Iudæis? affirmamus. (e)

a) l. 58. ff. pro soc. (b) d. l. 58. §. filiusfam. l. 4. §. sed & filiusfam. ff. de edendo. Nic. Moz. de societ. num. 16. (c) l. alimenta. §. fin. ff. de alim. & cib. leg. l. 23. §. si inter virum. de donat. inter vir. & vxor. vid. Bald. in l. rei iudicata. §. socero quoq. solut. matr. Petr. de Vbald. d. tr. de duob. frat. in 3. part. pr. num. 37. (d) c. quod super, de voto, Felin. in c. ego N. num. 8. de rescriptis. Nicol. Boër. decis. 179. num. 7. & Petr. Duen. in fallent. regul. iur. reg. 191. fall. 1. (e) arg. l. 8. & 10. C. de Iudæis. l. 15. §. 6. de excus. tut. Modò ex constitutione imperij, coram ordinario Christiani magistratu contractus celebretur. Reces. August. Anno 51. §. Disem zu begeben.

X.

Res verò quæ in societatem conferuntur, sunt ipsorum socorum bona, & operæ omnes honestæ & licitæ. (a) Rerum enim & operarum inhonestarum & turpium, vt monopolij, &c. nulla est communio. (b) Vnde nec quæ delicto quæ sita, aut ob poenam amissa præstitaq; inter socios iure communicantur. (c)

a) l. 1. §. 1. l. 5. in pr. l. 6. l. 8. l. 29. ff. h. t. n. (b) l. 53. in pr. l. 57. ff. eod. l. 35. §. 2. ff. de contrah. empt. (c) l. 52. §. ibidem ait. & §. fin. cum l. seq. ff. h. t. Paul. 2. sent. 16.

XI.

Communicatio autem lucri & damni inter socios ita initur, vt si quidem à contrahentibus expressæ sint partes, eorum voluntati, etiam si eâ alter maiorem lucri, minorem damni partem ferat, standum sit.

§. 1. vers. expressæ h. l. 29. l. 39. pro socio. Vt si ita ineatur societas, vt ad vnum duas partes lucri et damni pertineant, ad alium tertia. In summa hîc tenendum, conuentiones illas valere, in quibus ad vtrunq. sociorum & lucri & damni pars aliqua, licet inæqualis, perueniat. Illas verò non valere, in quibus vnus tantum lucrum, alter tantum damnus sentiat. Quæ posterior Leonina societas dicitur. l. 29. §. vlt. pro soc. vide Geil. 2. obs. 24. l. pen. C. hîc. Gomez. 2. resolut. c. 5. de societ.

XII.

Si quidem nullæ partes damni & lucri expressæ sunt, tùm fiunt partes æquales, pro ratione cuiusque sortis, & operæ in societatem contributæ & collatæ.

§. 1. h. l. 6. l. 80. l. 29. in pr. eodem.

Ecc 3 Siqui-

XIII.

Si quidem verò altera, putâ, lucri expressâ, altera, putâ, damni omiſſa ſit, tùm in omiſſa idem quod in expreſſa ſtatuitur, ac definitum intelligitur.

§. 3. hic. ubi Hot. Alex. conf. 47. vol. 1. Natta conf. 554. n. 7. Dec. conf. 36. n. 20. vol. 1.

XIIII.

Et hæc procedunt quidem, ſi ſocius in ſocietate benè verſatus ſit. Si verò quid dolo, vel ſuâ levi, non leuiſſima, culpâ in cauſa ſocietatis ſocius deterior fecerit, damnum illud præſtare ac reſarcire omninò cogitur.

§. ult. ſocius ſocio hic, ubi eleganter Eguin. Baro. l. 5. §. nunc videndum. ff. cõmod. l. 21. l. 52. §. 1. l. 59. §. ult. l. 63. l. 72. pro ſocio. arg. l. cõtractus, ubi Delr. & Fab. de R. I. Vult. diſcept. 1.

XV.

Et hoc modo cõtrahitur ſocietas. Solvitur autem mutuo diſſenſu. (a) Idq; ſit ex perſonis, (b) ex rebus, (c) ex voluntate, (d) & tandem actione. (e)

a) l. 5. C. h. t. n. (b) ſi ſocij interierint, non ſolum morte naturali, verùm etiam civili, veluti capitis diminutione maxima aut media, non etiam minima. l. 59. in pr. l. 63. §. ſin. l. 65. §. morte unius & §. ſocietas. ff. eodem. Morte etiam unius, ſi plures ſuperſint. Societas enim in pacto quidem ad heredes tranſire poteſt. d. l. 65. §. morte unius & §. ſocietas. l. nemo. 35. d. l. 59. in pr. ff. eod. exceptâ vectigalium ſocietate, qua etiam heredi contingit. d. l. 59. in pr. d. l. 63. §. in heredem quoque. ff. pro ſocio. Cuiac. in lib. 32. Pauli ad edict. aut reintegratione nova ſocietatis. l. 37. ff. h. t. (c) Mutatâ rerum conditione, ſi videlicet res aut ſunt conſecrata. d. l. 63. §. ult. ff. h. t. aut publicata. l. 65. §. publicatione. ff. eodem. §. publicatione. Inſt. de ſociet. aut ceſſioni creditorum relicta. l. 4. §. 1. gl. in verb. egeſtate. §. item ſi quis. Inſt. de ſociet. ſed hoc caſu, ſi adhuc conſentiant in ſocietatem, nova videtur incipere ſocietas. d. §. item ſi quis. Inſt. eodem. Rimi. in conf. 377. col. 3. Hic animadvertendum, ſolam decoctionem, bonorum ceſſione non ſubſecutâ, ad diſſoluendum ſocietatis vinculum non ſufficere. Ang. Aret. in §. ſolvitur. Inſt. de ſociet. n. 2. Item Paris. conf. 82. n. 40. & ſeq. lib. 1. de hoc vid. Beneu. Strac. de decoctionib. p. 2. n. 47. & ſeq. (d) renunciatione minimè dolosâ ſeu intempetiâ. d. l. 65. §. 3. ff. eod. §. manet. Inſt. eod. l. 14. d. l. 65. §. qui ſocietatem ff. pro ſocio. dolosâ & intempetiâ renunciatione quis ſocium quidem à ſe, ſed ſe à ſocio non liberat. Et ſi quid lucretur, totû in commune redigere, damnum verò ſolus retinere cogitur. l. 17. §. 1. d. l. 65. §. dicimus. ff. eodem. (e) ſi ſtitulatione, aut iudicio cauſa ſocietatis mutata ſit. d. l. 65. in pr. ff. h. t.

XVI.

Mandatum (a) eſt contractus iuriſgentium nominatus (b) & bonæ fidei (c) ſolo conſenſu initus, (d) de faciendò aliquid gratuitò. (e)

a) Mandatum à manu datum dicitur, Bald. in Rubr. ff. mand. Azo in ſumma C. eod. n. 1. Moz. in tr. de contr. eod. c. 1. n. 2. Mynſ. Schneid. Vveſ. ad pr. Inſt. eod. (b) l. 7. ff. de pactis. Moz.

DE MANDATO.

Moz. d. tr. hic. c. 1. n. 3. (c) §. actionum 28. Inst. de action. et vulgò omnes Dd. adt. Inst. eod. Socin. lun. cõf. 22. n. 8. et 31. vol. 3. Moz. in d. tr. de contr. c. de diu. contr. (d) l. 2. ff. de O. et A. l. 1. in pr. h. t. §. cõsensu. Inst. de oblig. ex consens. (e) l. 1. §. ult. l. 36. §. 1. ff. eod. l. 20. §. 1. C. eod. §. fin. Inst. de mand. Constitutã enim pecuniã, res ad locatõnem & conductõnem potiùs spectat, l. 1. in fin. §. fin. ff. eod. Verùm huic contractui nihil obest, si mandatario honorarium remunerandi gratiã datur & promittitur. l. 6. in pr. l. 56. §. salarium. ff. mand.

X V I I.

Estq; vel generale, vel speciale, tam negotiorum extraiudicialium, quàm judicialium sive litium. (a) Generale est de vniuersis & omnibus negocijs gerendis, & quidem vel cum libera totorum bonorum administratione, vel sine libera. (b)

a) l. 60. l. 63. de procur. l. 25. §. 1. l. seq. de minor. Paul. sent. 1. tit. 3. l. sed si tantum 13. de pact. vid. Bellon. sup. 4. c. 7. (b) d. l. 63. l. 1. §. 1. l. 47. de procur. Moz. c. de diu. mandat. Hoc mandatum generale qui in se recipit, dicitur procurator omnium, totorum, vniuersorum bonorum. d. l. 63. de procur. l. 3. §. procurator. ff. Iudic. solvi cum similibus. Et talis tam in iudicio, quàm extra, omnia agere potest, praterquam in ijs casibus, in quib. speciale mandatum requiritur. Vt eleganter Vaud. 1. q. 47. & Vurmbs. tit. 5. obs. 2. Myns. c. 1. obs. 70. Geil. 1. obs. 91.

X V I I I.

Speciale mandatum est, quando vnius & alicujus certi negocij, sive litis procuratio mandatario committitur.

Duar. de procurat. c. 1. & Moz. d. tr.

X I X.

Vti verò omnes ad contrahendum vel obligandum idonei mandare possunt: (a) ita quoque ijdem mandatum suscipere valent. (b)

a) Azo in summa C. hic. n. 9. Moz. in c. de person. inter quas mand. cad. pot. n. 1. Hot. com. hic. Hinc pupillo mandare non est licitum. l. 1. §. huic proximus. de O. & A. §. pupillus. Inst. de inutilib. stipul. Nec furiosus. d. l. 1. §. furiosus. de O. & A. l. 5. l. 40. ff. de R. I. sed filiusfam. item servus de rebus patris, vel domini, nec non de bonis peculiaribus mandare possunt. l. 33. de procuratoribus. l. 66. ff. de fideius. l. 3. §. Iulianus quoque. ff. de pecul. (b) l. 12. §. 6. l. quod filiofam. pen. ff. mand.

X X.

Porrò omnes res mandari possunt futuræ, (a) honestæ & licitæ. (b) Rei enim turpis mandatum non est.

a) l. 22. §. si post. ff. mand. Actus verò legitimi per procuratorem peragi non possunt. l. 3. de off. procons. l. 77. de R. I. Hotoman. q. 32. Cuiac. 15. obs. 16. vid. Duar. 2. disp. c. 27. (b) l. 6. §. 3. hic. §. illud quoq;. Inst. de mand. & ibi Myns. ut, si pro adolescentulo luxurioso apud mulierculam mandatu eius fideiubens. l. 12. §. si adolescens. Vel aliterius interficiendi negocium suscipias l. 22. §. qui adem. ff. h. t.

Et

XXI.

Et contrahi potest inter praesentes, aut absentes, per nuntium, vel epistolam: (a) tunc vel pure, vel in diem, vel sub conditione: (b) vel quis mandat suam tantum gratiam, vel suam & tuam, vel suam & alienam, vel tuam & alienam, vel alienam tantum gratiam. (c)

a) §. consensu. Inst. de oblig. qua ex consensu. l. 1. §. 1. ff. mand. (b) d. l. 1. §. item mandatum ff. eod. §. mandatum. Inst. h. (c) in pr. Inst. h. cum. §§. seqq. l. 2. ff. h. t.

XXII.

Si tuam tantum gratiam interuenit mandatum, veluti, si quis tibi mandet, ut pecunias tuas in emptiones praediorum potius colloques, quam foeneres, mandatum non contrahitur.

l. 2. §. ult. ff. h. §. tuam tantum gratiam. Inst. de mand. Huius enim generis mandatum magis consilium est, quam mandatum: & ob id non est obligatorium. l. 6. §. plane ff. h. t. l. 47. ubi Cuiac. & Petr. Fab. de R. l. Quia unus quisque rei suae moderator & arbiter est. l. 21. C. mand. vide Donel. lib. 13. c. 10.

XXIII.

Mandatum denique re adhuc integra existente, contraria voluntate, (a) vel morte civili, (b) aut naturali (c) alterutrius annullatur. Eo non dissoluto, susceptum diligenter implendum, (d) & fines eius custodiendi sunt. (e)

a) l. 12. §. si mandauero. ff. eod. §. recte. Inst. de mand. ubi recte Fab. n. 2. quia re integra nondum coepit nostram interesse. Moz. hic. col. 7. n. 1. et quando res dicatur integra, post Dd. tradit ibidem n. 2. (b) vulgo Dd. in l. 17. de procur. Moz. d. loco. n. 18. (c) l. 26. in pr. cum l. seq. §. 3. l. 58. ff. h. t. vide Anthon. Gabr. qui plures cumulat t. de procur. conclus. 2. Sebast. Medic. tract. mors omnia soluit, part. 2. conclus. 64. late Moz. in d. loco. n. 19. sed utilitatis causa receptum est, ut mandati actio competat, si mors ignoretur. d. l. 26. in pr. & ibi gl. ff. mand. l. 65. §. item si alicuius. ff. pro socio. §. item si adhuc Inst. de mand. (d) l. 22. §. fin. h. & ibid. dd. Vves. n. 5. in Parat. §. mandatum Inst. de mand. Sichard. ad rubr. C. hic. Geil. lib. 1. obs. 46. n. 3. (e) l. 5. in pr. l. 41. ff. eod. unde pulchre Cicero pro S. Roscio. Quid n. recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es? Cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato officis & obstas? recede de medio, per alium transigam, &c.

XXIII.

Mandatarius enim mandatori non tantum dolum, sed etiam leuissimam culpam praestare tenetur.

l. 11. l. 13. l. 21. C. mand. l. contractus, ubi Delrio & Faber. de R. l. Donel. 13. comment. 11. Vultei. 1. discept. 19.

FINIS DISPUTATIONIS
DECIMAE NONAE.

Kc 2938

ULB Halle 3
004 977 297



Sb.

ml







Disputatio XIX.

Ex

LIB. TERT. INSTIT. TIT.
XXVI. & XXVII.

CONTINENS

Contractus { SOCIETATIS,
ET
(MANDATI.

QVAM

D. O. M. A.

PRO INGENII TENVI-
TATE AD D. 31. MART. DE-
fendendam suscipiet

HELIAS STEVDLINVS
VLMENSIS.



TUBINGÆ,
Typis Georgij Gruppenbachij,
M. D. XCVII.

Eee